Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Terra mota est · idest terreni homines credendo · tum magna miracula crediderunt, caeli distillauerunt · hoc est manna, Sinai interpretatur tempestatio · qui fumauit quando ibi moyses inducibus tubulis legem accepit,

Animalia fuerunt gentes uera religione uacuatae · haec habitabunt in ecc · cum cultum religionis perceperunt, Parasti · significat praedistinctos, In dulcedine tua · in illa suauitate · in qua pauperes dei reges ditissimos ante cellunt,

Rex pater uirtutum · hoc est angelorum, et dilecti filii · ut est hic est filius meus dilectus, Et species domus · idest pulchritudo domus diuinae esse cognoscitur, filius quando spolia diaboli · idest homines scelerantes · in ecclesiam adduxit per fidem,

in conspectu populi tui · cum pertransieris in deserto, Terra mota est ÷ & enim: caeli distillauerunt a facie dei sinai · a facie dei israhel,

Pluuiam uoluntariam segregabis deus hereditati tuae · & infirmata est tu uero perfecisti eam, Animalia tua habitabunt in ea · parasti in dulcedine tua pauperi deus, Dominus dabit uerbum · euangelizantibus uirtute multa, Rex uirtutum dilecti ⁂ dilecti: · & speciei domus diuidere spolia, Si dormiatis inter medios cleros · penne columbae deargentatae · & posteriora dorsi eius in

contuetur fidelis · quando in operib. magnis eus pietatem cognoscit, Transgressus è in deserto · quando adgentes uenit · queuelut heremus desolatae · a uerbo dei alienae reddebantur,

Pluuia uoluntaria · ipsa manna fuit · non iste quae generaliter ubiq. diffunditur, quod segregauit · quia non hoc alius gentibus gentibus dedit, hereditas ipsius fuit populus hebreorum · quae ad tempus infirmata est · dno minime credendo · quam perfecit · quando gentes reliquas, credulitatis · in supplementum admisit,

Dns dabit uerbum · id est apostolis · qui uerbum eius ueneranda confessione predicabant, Virtute · quando eis concessum est turbas languentium sanare,

Sidormiatis · id si quiescentes in preceptis dei · inter duo testamenta, pennae significant celeritatem · quae nos in illa patriam ducunt · si hic in lege dei quiescere meremur, Columbae deargentate · ecclesiam uult intellegi · quia innocentiam habet columbae · et diuinis eloquiis argenteo